

A C T A S. A G A T H Æ <sup>D</sup>

Ex Bonino Mombritio &amp; 16. Latinis MSS.

## Q U Æ S T I O 1.

*S. Agatha varie tractata, stupra caditur.*

1 **P**allidissimam beatissimam Virginem & Martyrem *A*  
 Agatham, quae palis est in provincia Siciliae, in urbe  
 & Catanaesibus, sub Decio Imperatore, apud Decium *b. c.*  
 Praefectum Consule, die Nonarum Februariarum, occiditur *S. Agatha*  
 in hoc loco. *persecutio*  
 in hoc loco.

2 **Q**uoniam, in Consulari provincia Siciliae, au-  
 dixit sanctam virginem Virginem Deo dicatam Agatham,  
 iustitiam intantione perquirebat, ut ad eam pertinge-  
 ret. Per singulae inveniuntur amentis sua, singulorum in  
 se citiorum exagitantur infestus: utpote pro gloria seculi  
 concupiscens famam optimum excelsiore, nobilissimam  
 tam nitalisus Dis famulam fecit accitari, ut querae o  
 de gente ignobilis natus, per hoc personae: ut aures si  
 vulgi, quod tantus esset ac talis, qui posset etiam spe-  
 rari. *persecutio*  
 Ratione sua subjugare personam: ut hinc inde au-  
 tem, ad aspectum Virginis pulcherrima oculorum suo-  
 rum concupiscens famam commoverat. & ut avarus ad fa-  
 cultatem ejus cupiditate sua fovea laxabat: atque ut  
 idolatra & deum non fecerat, foveo impietatis sua in-  
 flammatus, Christi nomen audire non poterat. *stupra*

Riproduzione dell'inizio del testo della redazione latina del martirio di s. Agata, edito da Bonino Mombritio a Milano nel 1479 e ripubblicato da Giovanni Bollandus nei suoi ACTA SANCTORUM editi ad Aversa nel 1658.

LA REDAZIONE LATINA DEL MARTIRIO DI S. AGATA,  
CONTENUTA IN 171 MSS.

La redazione del racconto del martirio di s. Agata in lingua latina ci è pervenuta in circa 171 mss.

Per esaminare tali manoscritti, così come ho fatto per quelli greci, è opportuno che prima esibisca un testo intero della suddetta redazione e poi descriva sommariamente tutti i 171 mss.

Nello scegliere il testo da esibire ho preferito quello, che Bonino Mombriuzo nell'anno 1479 ( 1) ci ha fornito e che poi G. Bollandò, dopo averlo collazionato con altri 16 mss, nel 1658 pubblicò nei suoi "Acta sanctorum" (z).

A - L'INTERO TESTO DELLA REDAZIONE LATINA.

1. Passionis beatissimae Virginis et martiris Agathae, quae passa est in provincia Siciliae, in urbe Catanensium, sub Decio imperatore, ipso Decio ter Consule, die Nonarum Februariarum, recitamus historiam.

2. Quintianus consularis provinciae Siciliae, audiens sanctam opinionem virginis Deo dicatae Agathae, multifaria intentione perauirebat, ut ad eam pertingeret.

1. Narriamo la storia della passione della beatissima vergine e martire Agata, che soffrì nella provincia di Sicilia, nella città di Catania, il 5 Febbraio, al tempo di Decio imperatore, quando egli fu Console per la terza volta.

2. Quinziano console della provincia di Sicilia, venendo a conoscenza della fama intemerata di Agata, vergine consacrata a Dio, per diversi intenti e con molta insistenza cercava come arrivare a lei.

B. MOMBRIUZUS, Sanctuarium, Pp- 16 ss.,  
Mediolani, 1479. (2) ASS, febr., tom. I, pp. 615-618,

3. Per singula enim crimina mentis suae, singulorum in as vitiorum exagitabat affectus:

4. utpote pro gloria saeculi concupiscens suam opinionem extendere, nobilissimis ortani natalibus Dei famulam fecit arctari,

5. ut qui erat de genere ignobili natus, per hoc personaret ad aures vulgi, quod tantus esset ac talis, qui posset etiam spectabilium sibi subiurgare personas;

6. ut libidinosus autem, ad aspectum Virginis pulcherrimae oculorum suorum concupiscentiam commovebat;

7. et ut avarus ad facultates eius cupiditatis suae froena laxabat:

8. atque ut idolatra et daemonum servus, fervore impietatis suae inflammatus, Christi nomen audire non poterat.

9. His et huiusmodi, ut diximus, furiis comprehensus, B. Agatham a suis apparitoribus coarctari,

10. et fecit eam cuidam matronae uadi, nomine Aphrodisiae, quae habebat novem filias turpissimas, sicut fuerat et mater earum.

11. Hoc autem fecit ut per dies triginta quotidie blandirentur ei et mutarent animum eius:

3. Infatti con ogni mezzo eccitava il depravato suo animo svegliando in sè le passioni dei vizi corrispondenti:

4. E come avido di gloria terrena, bramando di accrescere il suo prestigio, fece arrestare la serva di Dio, appunto perché nata da nobilissima famiglia,

5. mostrando così al popolo che era capace - egli nato come era da ignobile origine - di sottomettere al suo volere perfino le persone più ragguardevoli;

6. come libidinoso poi, voleva eccitare la concupiscenza dei suoi occhi all'aspetto della vergine bellissima;

7. come avaro sfrenava la sua cupidigia verso le ricchezze di lei:

8. e come idolatra e servo dei demoni, infiammato dalla sua empietà, non poteva neanche sentire il nome di Cristo.

9. Travolto così dalla furia passionale fece arrestare dai suoi apparitori la B. Agata, come abbiamo già detto,

10. e la fece consegnare a una matrona di nome Afrodizia, che aveva nove figlie corrottissime, come era stata la loro madre.

11. Ciò fece perché esse per trenta giorni continuamente con blandizie la tentassero e ne mutassero i sentimenti:

12. et modo promettendo laeta, modo temendo asperis, sperabant eius mentem sanctam a bono proposito revocare.

13. Quibus S. Agatha dicebat: Mens mea solidata est, et in Christo fundata:

14. verba vestra, venti sunt, promissiones vestrae pluviae sunt, terrores vestri flumina sunt, quae quantumvis impingant in fundamenta domus meae, non poterit cadere; fundata enim est supra firmam petram.

15. Haec autem dicens flebat quotidie, et orabat;

16. et sicut sitiens in ardore solis fluentia fontium concupiscit, ita desiderabat ad martyrii coronam attingere, et diversa pro Christi nomine supplicia sustinere.

17. Videns autem Aphrodisia mentem eius immobilem permanere abiit ad Quintianum,

18. et dixit ei: Facilius possunt saxa molliri, et ferrum in plumbi molliam converti, quam ab intentione christiana mens istius puellae revocare.

19. Ego enim et filiae meae sine cessatione vicibus nobis invicem successimus,

20. et per diem et noctem nibi: aliud gessimus, nisi ut ageremus: qualiter animum eius ad consensum boni consilii inclinarem.

12. ed ora promettendole gioie, ora minacciandole guai, speravano di distogliere la sua santa mente dal buon proposito.

13. Ad esse S. Agata diceva: La mia mente è saldamente fondata in Cristo:

14. le vostre parole sono venti, le vostre promesse piogge, le vostre minacce fiumi, che per quanto imperversino contro i fondamenti della mia casa, essa non potrà cadere, fondata com'è sopra pietra ben ferma.

15. Dicendo queste cose piangeva tutto il giorno e pregava:

16. E come l'assetato nell'ardore dell'estate desidera le fresche acque, così ella desiderava di giungere alla corona del martirio e sostenere per Cristo molti supplici.

17. Accorgendosi Afrodisia che l'animo di lei restava immobile, andò da Quinziano.

18. E gli disse: E' più facile rammollire i sassi, e cambiare il ferro nella morbidezza del piombo, che distogliere l'animo di questa fanciulla dall'idea cristiana.

19. Infatti io e le mie figliole, senza mai cessare, succedendoci a vicenda,

20. giorno e notte, nient'altro abbiamo fatto se non provarci a piegare il suo animo ad acconsentire al buon consiglio.

21. Ego etiam et gemmas et ornamenta insignii, et vestimenti auro texta obtuli:

22. ego domos et praedia. suburbana repromisi: ego varium ornatura domus, ego familias diversi sexus et aetatis exhibui:

23. sed ista omnia, quasi terram, quam pedibus suis conculcat, ita pro nihilo computavit.

24. Tunc iratus Quintianus iussit eam ad secretarium suum adduci, et sedens pro tribunali, hoc initium sermonis arripuit: Cuius conditionis es?

25. B. Agatha respondit: - Non solum ingenua, sed ex spectabili genere, ut omnis parentela mea testatur.

26. Quintianus consularis dixit: Et si ingenua probaris et nobilis, cur moribus te servilem personam ostendis?

27. S. Agatha dixit: Quia ancilla Christi sum, Ideo me servilem ostendo personam.

28. Quintianus dixit: Certe si ingenua eras et nobilis, quomodo te ancillam esse commemoras?

29. S. Agatha dixit: Summa ingenuitas ista est in qua servitus Christi comprobatur.

30. Quintianus dixit: Quid ergo? Nos ingenuitatem non habemus, qui servitium Christi contemnimus, et deorum culturam se

21. Io financo le ho offerto gemme ed ornamenta rari, e vestiti tessuti d'oro:

22. io le ho promesso palazzi e ville, le ho messo dinanzi mobili preziosi e famiglie d'ogni sesso ed età:

23. ma come terra, che calpesta coi piedi, ella invece tutto, tutto disprezza.

24. Allora Quinziano irato comandò che fosse condotta al suo tribunale e sedendo d'ufficio, così cominciò a parlare: - Di che condizioni sei tu?

25. La B. Agata rispose: Non solo nata libera, ma di nobile famiglia, come lo attesta la mia parentela.

26. Il console Quinziano disse: -E se attesti di esser libera e nobile perché mostri di vivere e vestire da schiava?

27. S. Agata disse: - Perché *sono serva di Cristo, per questo mostro di essere schiava.*

28. Quinziano disse: Ma se sei veramente libera e nobile, perché volerti far schiava?

29. S. Agata disse: La massima libertà sta qui: nel dimostrare di essere servi di Cristo.

30. Quinziano disse: E che perciò? Noi che disprezziamola servitù di Cristo e veneriamo gli dei non abbiamo libertà?

quimur?

31. S. Agatha respondit: Ingenuitas vestra ad tantam captivitatem devenit, ut non solum vos peccati faciat servos, verum etiam lignis et lapidibus faciat obnoxios.

32. Quintianus dixit: Quidquid furioso ore blasphemaveris, poenae poterunt vindicare.

33. Dic tamen antequam ad tormenta venias, cur deorum sancta contemnas?

34. S. Agata dixit: Noli dicere deorum, sed dic daemoniorum. Daemonia enim sunt isti quorum effigies in aeramenta convertitis, quorum marmoreas et gypseas facies inauratis.

35. Quintianus dixit: Elige tibi unum e duobus quodcunque volueris, consilium; aut diversas poenas inter damnatitios quasi stupa incurrere; aut quasi sapiens et nobilis, quod te natura dictavit, sacrificia diis omnipotentibus, quos veros deos esse vera divinitas demonstrat.

36. S. Agatha respondit: Sit talis uxor tua, qualis dea tua Venus fuit; et tu sis talis qualis Jupiter, deus tuus extitit.

37. Quintianus hoc audiens iussit eam alapis caedi; cui et dixit: In iniuriam Judicis noli temerario ore garrere.

31. S. Agata rispose: La vostra libertà vi trascina a tanta schiavitù, che non solo vi fa servi del peccato, ma anche vi sottomette ai legni e alle pietre.

32. Quinziano disse: Tutto ciò che con pazze parole avrai bestemmiato, severe pene sapranno vendicarlo.

33. Ma prima di passare ai tormenti dimmi perché disprezzi la santità degli dei?

34. S. Agata disse: Non dire degli dei, ma piuttosto dici dei demoni. Demoni sono infatti questi, la cui immagine voi raffigurate in statue e le cui facce di gesso e di marmo coprite di oro.

35. Quinziano disse: Scegli ora una delle due, a tuo piacere, o da insipiente incorrere in varie pene con i condannati, o da sapiente e nobile, come la natura ti ha fatto, sacrificia agli dei onnipotenti, che sono veri dei come dimostra la loro vera divinità.

36. S. Agata rispose: Ti auguro che tua moglie sia quale fu la tua dea Venere, e tu sii tale quale fu Giove, tuo Dio.

37. Quinziano ciò udendo comandò che fosse schiaffeggiata e le disse: Non ti rischiare a cianciare temerariamente in disprezzo del giudice.

38. S. Agatha respondit: Dixisti deos tuos esse quos vera divinitas demonstrat: sit ergo uxor tua talis ut Venus, et tu ut Jupiter, ut et vos possitis in deorum vestrorum numero computari.

39. Quintianus dixit: Apparet te hoc eligere, ut diversa tormenta sustineas, quae repetitis me iniuriis tuorum sermonum exagitas.

40. S. Agatha respondit: Miror te virum prudentem ad tantam stultitiam revolutum, ut illos tuos dicas deos esse, quorum vitam non cupias tuam coniugem unitari; et tu dicas tibi iniuriam fieri, si eorum vivas exemplo.

41. Si enim veri dii sunt, bonum tibi optavi, ut talis vita tua sit qualis eorum fuisse perhibetur. Si autem execraris eorum consortium, mecum sentis.

42. Dic ergo eos tam pessimos esse, tamque sordidissimos, ut qui maledicere voluerit aliquem, talem illum optet esse, qualis fuit execrabilis vita eorum.

43. Quintianus dixit: Quid mihi verborum superfluum cursus? Aut sacrificia diis, aut variis suppliciis te faciam interire.

44. S. Agatha respondit: Si ferri mihi promittas, audito Christi

38. S. Agata rispose: Hai detto che sono tuoi dei, quelli che la vera divinità dimostra di esser tali: sia dunque tua moglie tale quale Venere, e tu come Giove, perché anche voi possiate essere computati nel numero dei vostri dei.

39. Quinziano disse: E' ben chiaro che tu scegli di soffrire vari tormenti, poiché mi insulti con ripetute offese.

40. S. Agata rispose: Mi meraviglio che tu, uomo saggio, sii giunto a tanta insipienza da stimare tuoi dei quelli, la cui vita non vorresti fosse imitata da tua moglie e da dire allo stesso tempo che ti fa ingiuria chi ti augura di vivere secondo il loro esempio.

41. Se infatti sono veri dei, bene ti ho augurato dicendoti che la tua vita sia tale quale si dice sia stata la loro. Se poi hai in orrore la loro compagnia, sei d'accordo con me.

42. Ed allora dillo chiaro che essi sono tanto pessimi tanto vilissimi, che volendo offendere qualcuno basta augurargli di esser tale, quale fu la execrabile loro vita.

43. Quinziano disse: A che questo profluvio di parole? O sacrifici agli dei, o ti farti perire con vari supplizi.

44. S. Agata rispose: Se mi condanni alle fiere, queste, all'udire

nomine mansuescent: si ignem adhibeas, de coelo mihi rorem salvificum Angeli ministrabunt; si plagas et verbera, habeo intra me Spiritum Sanctum, per quem universa tua tormenta despiciam.

45. Tunc Quintianus agitans caput, iussit eam in carcerem tenebrosam recipi, dicens ei: Cogita tecum, et poenitere, ut possis evadere tormenta horribilia, quae te fortiter laniabunt.

46. Agatha respondit: Tu minister Satanae, tu poenitere, ut possis evadere tormenta perpetua.

47. Tunc Quintianus iussit eam celerius trahi ad carcerem: quia eum voce publica confutabat.

48. Sancta autem Agatha laetissime et glorianter carcerem intravit, et quasi ad epulas invitata, gaudens agonem suum Domino precibus commendabat.

49. Seguenti igitur die, impiissimus Quintianus suis eam aspectibus iussit aptari, cui et dixit: Quid tractasti circum salutem tuam?

50. Agatha respondit: Salus mea Christus est.

51. Quintianus dixit: Quousque, infelix, protrahis intentionem vanam? Denega Christum, et deos incipe colere, et consule tuae juven

il nome di Cristo, si faranno mansuete; se mi darai alle fiamme, gli Angeli dal cielo mi appresteranno rugiada di salvezza, se mi darai ferite e percosse, ho dentro di me lo Spirito Santo, che mi darà forza di disprezzare ogni tuo tormento.

45. Allora Quinziano, scuotendo il capo, diede ordine di rinchiuderla nel carcere tenebroso dicendo: Pensa bene e pentiti, così potrai sfuggire gli orribili tormenti che ti dilaneranno tutta.

46. Agata rispose: Tu ministro di Satana, tu, pentiti, così potrai scansare i tormenti eterni.

47. E poiché lo confutava a voce alta innanzi al pubblico Quinziano ordinò che con grande prestezza la portassero via al carcere.

48. S. Agata poi piena di letizia e di fierezza entrò nel carcere e come invitata a nozze, accesa di gioia raccomandava a Dio con preghiere il suo combattimento.

49. Il giorno dopo l'empio Quinziano comandò che fosse ricondotta alla sua presenza e le disse: Che cosa hai deciso per, la tua salvezza?

50. S. Agata rispose: La mia salvezza è Cristo.

51. Quinziano disse: Fino a quando, trascini ancora o infelice questa tua vana idea? Rinuncia a Cristo, e comincia ad adorare gli

tuti, ne acerba morte consumaris.

52. S. Agatha dixit: Tu nega deos tuos, qui sunt lapides et ligna; et Creatorem tuum, qui te fecit, Deum verum adora; quem si contempseris, acerrimis poenis et perpetuis incendiis subjacebis.

53. Tunc iratus Quintianus iussit eam equuleo ingenti suspendi et torqueri.

54. Cumque torquerent eam, dixit ad eam Quintianus: Relinque intentionem animi tui, ut vitae tuae possit esse consultum.

55. S. Agatha respondit: Ego in his poenis ita delector, sicut qui bonum nuntium audit, aut sicut qui videt quem diu desideraverit, aut sicut qui invenit thesauros multos, ita et ego delector in his poenis temporalibus posita.

56. Non enim potest triticum in horreum poni, nisi theca eius fortiter fuerit conculcata et redacta in paleas: ita et anima mea non potest in paradysum Diminicum cum palma intrare martirii, nisi diligenter feceris corpus meum a carnificibus attractari.

57. Tunc iratus Quintianus iussit eam in mamilla torqueri et totam diutius iussit eam abscindi.

58. B. Agatha dixit: Impie,

dei, e provvedi alla tua giovinezza, evitando una amara morte.

52. S. Agata disse: Tu nega i tuoi dei, che sono pietre e legni, e adora il vero Dio, il tuo creatore che ti ha fatto; se lo disprezzerai sarai preda di severissime pene e del fuoco eterno.

53. Allora Quinziano adirato comandò che fosse sospesa e straziata su un grande eculeo.

54. Mentre la tormentavano Quinziano le disse: Abbandona quest'idea del tuo animo, così salverai la tua vita.

55. S. Agata rispose: Io in queste pene provo tanta gioia: come chi sente una buona notizia, o come chi vede colui che da gran tempo ha bramato, o come chi trova molti tesori, così anch'io, posta in queste sofferenze di poca durata, gioisco.

56. Infatti non può il frumento esser conservato nel granaio, se prima il suo guscio non viene aspramente stritolato e ridotto in frantumi: così l'anima mia non può entrare nel paradiso del Signore con la palma del martirio, se prima non farai minutamente dai carnefici dilaniare il mio corpo.

57. Allora furioso Quinziano comandò che fosse torturata nella mammella e poi che le venisse lentamente strappata del tutto.

58. La B. Agata disse: Empio,

crudelis, et dire tyranne, non es confusus amputare in foemina, quod ipse in matre suxisti?

59. Sed ego habeo mamillas integras intus in anima mea, ex quibus nutrio omnes sensus meos, quas ab infamia Christo Domino consecravi.

60. Tunc Quintianus iussit eam iterum in carcerem mini, et iussit ut nulli liceret medicorum introire ad eam et neque panem, neque aquam ei ministrare.

61. Cumque fuisset inclusa, ecce circa mediam noctem venit quidam senex (quem antecedebat puer luminis portitor) ferens diversa rīedicamenta in manu sua,

62. qui se medicum esse commemorans, coepit eam his verbis alloqui: Licet te nimis corporalibus poenis afflixerit Consularis insanus, sed tu eum gravioribus suppliciis extorsisti responsionibus tuis:

63. et licet ubera tua torserit et excidi fecerit, sed illius ubertas in fel convertitur, et in amaritudine erit anima illius in aeternum.

64. Tamen quia ibi eram qua bora haec patiebaris, consideravi et vidi, quia potest curam salutis tua mamilla suscipere.

65. Tunc S. Agatha dixit ei:

crudele e disumano tiranno, non ti vergogni di strappare in una donna ciò che tu stesso succhiasti nella madre tua?

59. Ma io ho altre mammelle intatte nell'intimo dell'anima mia colle quali nutrisco tutti i miei sentimenti, e fin dalla infanzia le ho consacrate a Cristo Signore.

60. Allora Quinziano ordinò che fosse nuovamente condotta nel carcere e che nessun medico si permettesse di avvicinarla, e che non le si desse né acqua né pane.

61. Rinchiusa che fu nel carcere, ecco che circa la mezzanotte venne un vecchio (che era preceduto da un fanciullo con un lume) portando nella sua mano vari medicinali,

62. Il quale, affermando di esser medico, cominciò a rivolgerle queste parole: Sebbene lo stolto consolare ti abbia troppo afflitto con tormenti corporali, tu colle tue risposte gli hai influito più gravi pene,

63. E poiché egli ti ha torturato e fatto strappare il seno, la sua ubertà gli è cambiata in fiele, e l'anima sua è riservata ad amarezza eterna.

64. E poiché io ero presente quando tu soffrivi tali cose, osservai e mi accorsi che la tua mammella può ricevere cura e salvezza.

65. Allora S. Agata gli disse:

Medicinam carnalem meo corpori nunquam exhibui, et turpe est, ut quod tamdiu ab ineunte aetate mea conservavi nunc perdam.

66. Dicit ei ille senex: Et ego christianus sum, et novi medicinam: nolo, me verearis:

67. Dicit ei Agatha: Et quae potest verecundia mea circa te esse, cum tu sis senior et maior natu? Ego vero licet puella sim, ita totum corpus meum laceratum est, ut vulnera ipsa non permittant aliquid stimolari in mente mea, unde possit verecundia excitari.

68. Sed ago tibi gratias, Domine Pater, quia dignatus es mihi sollicitudinem tuam impendere: hoc tamen scias, quia ad corpus meum medicamenti ab Nomine facta nunquam accedent.

69. Dixit ad eam ille senior: Et quare non permittis ut curem te?

70. Agatha respondit: Quia habeo salvatorem Dominum Jesum Christum, qui verbo curat omnia, et sermo eius solus restaurat universa: hic, si vult, potest me salvam facere.

71. Tunc subridens senior dixit: Et me ipse misit ad te: nam et ego Apostolus eius sum; et in nomine eius, scias te esse salvandam. Et

Mai ho apprestato al mio corpo medicina terrena e non conviene che perda ora quello che ho conservato fin dalla prima età.

66. Il vecchio le dice: Anch'io sono cristiano e conosco bene l'arte medica: non vorrei che tu abbia rossore di me.

67. Gli dice S. Agata: E che rossore posso io avere di te, che sei già vecchio e troppo avanzato in età? E poi quantunque io sia una ragazza, il mio corpo è talmente lacerato, che le mie stesse piaghe non permettono che alcuno stimolo sensuale ecciti il mio animo in modo che il mio pudore possa essere turbato.

68. Ma ti ringrazio o buon padre, perché ti sei degnato avere per me tanta sollecitudine: e ti ripeto che il mio corpo non sarà mai toccato da medicine fatte da uomini.

69. Le disse quel vecchio: Ma perché non permetti che io ti curi?

70. Agata rispose: Perché ho per salvatore il Signore Gesù Cristo, il quale con la sola parola cura ogni cosa e la sola sua voce tuttò ristora: questi se vuole può rendermi sana.

71. Allora sorridendo il vecchio le disse: Ed è proprio lui che mi mandò da te: io non sono che il suo Apostolo; e nel nome di lui sappi

cum hoc dixisset, subito ab oculis eius sublatu8 est.

72. Tunc projiciens se in orationem S. Agatha dixit: - Gratias tibi ago, Domine Jesu Christe, quia memor es mei, et misisti ad me Apostolum tuum, qui me confortavit et recreavit viscera mea.

73. Et cum compleret orationem suam, respiciens ad omnes maculas corporis sui, salvata esse omnia membra sua cognovit, nam et restaurata erat mamilla eius.

74. Ita autem per totam noctem lux refulsit in carcere, ut prae pavore custodes carceris fugerent, et carcerem apertum dereliquerent.

75. Tunc dicebant S. Agathae personae, quae ibi erant inclusae, ut abiret.

76. Illa autem dixit: - Absit a me, ut ego coronam meam perdam, et eos qui custodes sunt tribulationibus tradam. Ego enim adiuta a Domino meo Jesu Christo, perseverato in confessione eius, qui me salvam fecit et consolatus est me.

77. Factum est autem, post quatuor dies jussit eam iterum Quintianus ante suum tribunal adstare, cui et dixit - Quousque furiaris contra decreta Principum invictissimorum? Immola diis; sin autem scias te acrioribus tormentis

che devi essere sanata. Ciò detto disparve dai suoi occhi.

72. Allora prostrandosi in preghiera S. Agata disse: Ti ringrazio, o Signore Gesù Cristo, che ti sei ricordato di me, e mi mandasti il tuo Apostolo che mi ha confortato ed ha risanate le mie membra.

73. Finita la sua preghiera, osservando tutte le ferite del suo corpo, s'accorse che era salva in tutte le sue membra: infatti perfino la sua mammella era rifatta.

74. Intanto per tutta la notte nel carcere continuò a rifulgere una luce tale che i custodi scapparono impauriti e lasciarono il carcere aperto.

75. Allora le persone che erano chiuse là dentro dicevano a S. Agata di scappare.

76. Essa però rispose: Lungi da me questo pensiero: che io perda la mia corona e metta in angustie coloro che mi custodivano. Anzi, aiutata dal mio Signore Gesù Cristo, persevererò a testimoniare Colui che mi ha fatto salva e che mi ha consolato.

77. Dopo quattro giorni avvenne che Quinziano diede ordine che fosse nuovamente presentata al suo tribunale e le disse: Fina a quando ti farai pazza a resistere agli ordini degli invitti imperatori? Sacrifica agli dei, se no, sappi che sarai

aptandam.

78. Agatha respondit: Omnia verba tua fatua et vana sunt et iniqua, praecepta tua aerem ipsum maculant. Unde miser et sine intellectu es. Quis enim vult ad auxilium suum lapidem invocare, et non Deum summum et verum, qui me dignatus est, ab omni plaga, quam in me exercuisti, ita curare, ut etiam mamillam meam integerrimam meo corpori restitueret?

79. Dixit ei Quintianus: Et quis est qui te curavit?

80. Agatha respondit: Christus filius Dei.

81. Quintianus dixit: Iterum Christum habes nominare?

82. Agatha respondit: Ego Christum confiteor labiis, et corde invocare non cesso.

83. Quintianus dixit: Nunc videbo, si Christus tuus curabit te. Tunc iussit testas acutas spargi et sub testas carbones vivos immitti, et in iisdem nudo eam corpore volutari.

84. Cumque hoc fieret, subito focus, in quo sanctum corpus volutabatur, commotus est, et pars parietis cecidit, et oppressit consiliarium Judicis, nomine Silvanum, et amicum eius, nomine Falconium, quorum consilio perpetrabat scelera.

85. Sed et omnis civitas Catanensium

sottoposta a più gravi tormenti.

78. S. Agata rispose: Tutte le tue parole sono stolte, vane ed inique, i tuoi comandi appestano persino l'aria. Per questo sei misero e senza intelletto. Chi infatti vorrà invocare in suo aiuto una pietra e non il vero e sommo Dio, che si è degnato di curarmi tutte le piaghe da te fattemi, e perfino di ridonare al mio corpo perfettamente integra la mia mammella?

79. Disse Quinziano: Ma chi è che ti ha curato?

80. S. Agata rispose: Cristo il Figlio di Dio.

81. Quinziano disse: Ancora osi nominare Cristo?

82. Agata rispose: Io confesso Cristo colle labbra e col cuore non cesso giammai di invocarlo.

83. Quinziano disse: Vedrò ora se il tuo Cristo ti curerà. E comandò che fossero sparsi a terra acuti cocci, e sotto i cocci fossero messi carboni ardenti, e Agata vi fosse rivoltata a corpo nudo.

84. Mentre l'ordine veniva eseguito, subito il luogo, dove il santo corpo veniva rivoltato fu scosso e una parte di parete crollò e seppellì il consigliere del giudice, di nome Silvano, e l'amico di lui, di nome Falconio, col consiglio dei quali egli perpetrava scelleratezze.

85. Anche tutta la città di Catania

a vi terraemotus exagi tata est. Denique omnes cucurrerunt ad ad secretarium iudicis, et coeperunt nimio tumultu agere quod sanctam Dei famulam impiis cruciatibus fatigaret, et idcirco omnes periculum sustinerent.

86. Tunc Quintianus fugiens, ex uno latere terraemotum metuebat, ex alio autem latere seditionem populi formidabat.

87. Rerum igitur iussit eam in carcerem recipi: ipse autem ad posterulam secretarii fugiens, in januis populum dereliquit.

88. Sancta vero Agatha ingressa iterum in carcerem, expandit manus suas ad Deum, et dixit: Domine, qui me creasti, et custodisti me ab infamia mea, et fecisti me in juventute viriliter agere;

89. qui tulisti a me amorem saeculi, qui corpus meum a pollutione separasti; qui fecisti me vincere tormenta carnificis, ferrum, ignem, et vincula; qui mihi inter tormenta virtutem patientiae contulisti;

90. Te deprecor ut accipias spiritum meum modo: quia tempus est, ut me jubeas istud saeculum derelinquere, et ad tuam misericordiam pervenire. Haec cum dixisset coram multis, cum ingenti voce, emisit spiritum

fu scossa dalla veemenza del terremoto. Perciò tutti corsero al tribunale del giudice e cominciarono a tumultuare grandemente, perché tormentava con empi strazi la santa di Dio, e per questo tutti si trovavano in grave pericolo.

86. Allora Quinziano cercò di scappare, impaurito da un lato dal terremoto e dall'altro dalla sommossa del popolo.

87. Perciò comandò che fosse nuovamente portata nel carcere, ed egli dandosi alla fuga da una porticina segreta lasciò il popolo alle porte.

88. Sant'Agata entrata poi nuovamente nel carcere, allargò le sue braccia al Signore, e disse: Signore che mi hai creato e custodito dalla mia infanzia, e che nella giovinezza mi hai fatto agire virilmente;

89. che togliesti da me l'amore del secolo, che preservasti il mio corpo dalla polluzione, che mi facesti vincere i tormenti del carnefice, il ferro, il fuoco e le catene, che mi donasti fra i tormenti la virtù della pazienza;

90. Ti prego di accogliere ora il mio spirito: perché è già tempo che io lasci questo mondo per tuo comando e giunga alla tua misericordia. Dette queste parole alla presenza di molti con forte grido, rese lo spirito.



99. Tunc Quintianus arripuit iter cum officio suo ad investigandas facultates eius, et ut teneret omnes de parentela eius: qui iudicio Dei in medio flumine interiit.

100. Denique dum transiret flumen per navim, duo equi fremitum circa se dantes, calcesque jactantes, unus eum morsu invasit, et alter calce percussus dejecit in flumen Symaethum: et non est inventum corpus eius usque in praesentem diem.

101. Unde crevit timor et veneratio circa B. Agatham, et nullus unquam molestus fuit seus generi.

102. Ut autem evidenter scriptura illa, quam Angelus Domini posuerat, firmaretur, post annum circulum, circa diem natalis eius, mons Aetna eructavit incendium, et quasi fluvius torrens ita ignis vehementis, et saxa et terram liquefaciens, veniebat ad Catanensium civitatem.

103. Tunc paganorum multitudo fugiens de monte descendit; et venerunt ad sepulchrum eius, et auferentes velum unde erat coopertum sepulchrum eius, statuerunt illud contra ignem venientem ad se; et ipsa hora stetit ignis divinitus.

di lei.

99. Allora Quinziano con i componenti del suo ufficio prese con furia la strada per andare ad investigare i poderi di lei, ed arrestare tutti quelli della sua parentela: ma per giudizio di Dio perì nel mezzo del fiume.

100. Difatti, mentre attraversava il fiume con una barca, due cavalli impennandosi e ricalcitando l'uno gli si avventò coi morsi, l'altro, colpito con un calcio, lo scaraventò nel fiume Simeto: e non si è trovato più il suo corpo fino al giorno d'oggi.

101. Per questo crebbe il timore e la venerazione per S. Agata, e nessuno mai osò molestare alcuno della sua parentela.

102. Perché poi si confermasse con evidenza quella scrittura che l'angelo del Signore aveva posato, dopo un anno, circa il giorno del natale di lei, il monte Etna eruttò un grande incendio, e come un fiume ardente così il fuoco impetuoso, liquefacendo e pietre e terra, veniva alla città di Catania.

103. Allora una moltitudine di abitanti dei villaggi, fuggendo scese dal monte, e vennero al sepolcro di lei, e preso il velo, onde era coperto il suo sepolcro, lo opposero contro il fuoco che veniva verso di loro: e nello stesso momento ristette

104. Coepit autem ignis die Kalendarum Februariarum, et cessavit die Nonarum earundem, qui est dies sepulturae eius:

105. ut comprobaret Dominus noster Iesus Christus, quod a periculo mortis et incendii eos s. Agathae meritis et orationibus liberasset: cui est honor et gloria et potestas in saecula saeculorum. Amen.

il fuoco per virtù divina.

104. Il fuoco era cominciato il primo di Febbraio e cessò il 5 dello stesso mese, che è il giorno della sepoltura di lei:

105. affinché il Signore Nostro Gesù Cristo provasse che dal pericolo della morte e dal fuoco li aveva liberati per i meriti e le preghiere di S. Agata: a Lui perciò onore e gloria e potestà nei secoli dei secoli. Così sia.